II e
94. e

TARTU ÜLIKOOL
1632
UNIVERSITAS TARTUENSIS

Philol.

R
1776

Siehe Panzer 10, 532, wo 3 Ausgaben, von 1518 in 4to, 1533, 1536 in 8vo.
(1533 in 5 Bogen, nach Rotermund
No 5, 210.) 1518 Coloniae,
1533 Wittemb.
1536 Norimb.

Be. 94e.

Tibull, Propert, Ovid eleg.

(Joh. Murmellius)

# Exelegiacistriū illuſtrium poetarū Tibulli Propertij ac Ouidij carminibus ſelecti verſus magis memorabiles atq; puerorum inſtitutioni aptiores.

Ludolphi herringij tetraſtichon ad lectorem

Mollia complures cecinere poemata vates
Sordet et in quoꝝ carmine ſpurca venus
His tamen exceptos pueri contemnere flores
Parcite. nam vobis commoda multa ferent.

(1510? Coloniae? vel ... Monasterii?)

BIBLIOTH: ACADEM: DORPAT:

4-II A
16013

(II, e, 94e.)

Ex Iſidoneo germanico Jacobi wimphelingi
de floribus poeatarum Caput.xxij.

q Ʋoniam meminimus gentiles et lubricos
poetas non eſſe iuuentuti tradendos.ne cuz
pale is ipſo etiam grano priuētur:opere pre
cium erit electas et vtiles quaſqꝫ ſentētias
ab vniuerſis quātumuis alioquin impudicis a ludi ma
giſtro examuſſim ⁊ ſolerter extractum iri.quibus pro
facetijs pro moribus pro maiori rerum experientia:pro
quotidianis prouerbijs.pro ſolatio pro multorum ap/
plicatione negociorum:pro aliarum litterarum intelli/
gentia ſcholaſtici vti poſſint Quales ſunt ex Naſone
Nitimur in vetitum Turpius eijcitur:principijs ob/
ſta Ocia ſi tollas Quod caret alterna requie durabile
non eſt:His enim et conſimilibus floribus non ſolum
chriſtiani ⁊ theologi in ſuis ſcriptis vſi ſunt ſed et ſacra
tiſſimarum legum glorioſe paſſim eis ſunt reſperſe
Perquirantur ergo in Naſone ceteriſqꝫ Qui enim e
nuce nucleum eſſe vult:frangit nucem

L530 10577

Joannes murmellius Theodrico zkwiuelenſi
viro litterato et mathematicarum diſciplinarum
in primis perito ſalutem dicit

r Ogatus a te nuper amicorum optime:vt ſiquā
do tantillum ocij ſuppeteret ex:Ouidij libris ꝟ
ſus ad puerorum inſtitutōem magis idoneos quaſi ꝗſ/
dam flores ſe ligerē ⁊ in libello componerē nō potui ho
neſta petenti non obtemperare Neqꝫ Naſonis modo
elegos perluſtraui verū Tibulli etiam atqꝫ Propertij
non minus in eo genere poematis nobilium poetarum
quo et tibi plura quam petijſſes preſtarem:et ſtudioſis
adoleſcentibus prodeſſem tuo rogatu Sunt autem il/
lorum opera vt culta ⁊ iucunda:ſic mollicieí laſciuie ac
veneris referta:ideoqꝫ vernanti ętati minime prelegen
da:ne tenere adhuc mentes illo inquinentur affectu qui
diſciplinarū ſtudijs maximis hoſtis a ſapiētiſſiō quoqꝫ
philoſopho iudicatur Qui vero memorabiles turpi
materię verſus ſunt inſerti:maxime ad bonos mores fa
cientes diligenter lectitandi memorieqꝫ tradendi ſunt ⁊
tanquam erutum e ſordibus aurum aut gemme exare/
nis in precio habendi Quos ex maxima parte in hoc o/
puſculo collegi:prepoſitis breuiter argumentis quo fa/
cilius percipiantur Neqꝫ tamen(quod quidam audacu
li fecerunt)poetarum carmina confudi aut immutaui:
ſed eo ordine eaqꝫ integritate qua apud ipſos autores le
guntur repoſui Quod ſi pauca in alienum ſenſuz defle
xerim:nemini mirum videatur:cum id nec ab re factum
ſit:nec autoritate careat.quod is demum exploratū ha/
bebit qui diui hieronymi opera perlegerit Accipe itaqꝫ
mi Theodrice ſelectos verſus ex Tibullo Propertio
ex ouidio memoria digniores eoſqꝫ pueris quo latinita
ti et bonis pariter moribus aſſueſcant tradito Vale et
murmellium tui amantiſſimum dilige:

Albij Tibulli equitis Rhomani verſus ſelecti·

d Ita priuata et modice facultates magis optandę ſunt quam ingrãtus et opes ſoli citudine ſemper comitate

Iuitias alius fuluo ſibi congerat auro
d Et teneat culti iugera magna ſoli
Quem labor aſſiduus vicino terreat hoſte
Martia cui ſomnos claſſica pulſa fugent.
Me mea paupertas vitę traducat inerti
Dum meus aſſiduo luceat igne focus

¶ Exiguis nihil eſt detrahendum

At vos exiguo pecori fureſqꝫ lupiqꝫ
Parcite: de magno eſt prędа petenda grege

¶ Tempore omnia peraguntur

Longa dies homini docuit parere leones
Longa dies molli ſaxa peredit aqua
Annus in apricis maturat collibus vuas
Annus agit certa lucida ſigna vice

¶ Tempus iuuẽtutis nõ eſt terendum

At ſi tardus eris: errabis. tranſiet ętas
Quam cito non ſegnis ſtat remeatqꝫ dies
Quam cito purpureos deperdit terra colores
Quam cito formoſas populus alba comas
Quam iacet: infirmę venere vbi fata ſenectę
Qui prior eleo eſt carcere miſſus equus
Vidi iam iuuenem: premeret cum ſerior ętas
Merentem ſtultos preterijſſe dies

¶ Beneficio carminũ homo fit imortalis

Carmine purpurea eſt niſi coma: carmina ni ſint
Ex humero pelopis non nituiſſet ebur
Quem referent muſę: viuet: dum robora tellus
Dum cęlum ſtellas: dum vehet amnis aquas

¶ Laudes vini decantantur

Ille liquor docuit voces inflectere cantu
Mouit ⁊ ad ceteros neſcia membra modos
Bacchus ⁊ agricolę magno confecta labore
Pectora triſticię diſſoluenda dedit.
Bacchus ⁊ afflictis requiem mortalibus affert
Crura licet dura cuſpide pulſa ſonent

¶ Vtendum eſt florida ętate

At tu dum primi floret tibi temporis ętas
Vtere non tardo labitur illa pede

¶ Periurum pena manet

Ah miſer et ſi quis primo periuria cęlat
Sera tamen tacitis pęna venit pedibus.

¶ Lucri cupiditas multos laborib⁹ ⁊ periculis expoīt

Lucra petens habili tauros adiungit aratro
Et durum terrę ruſticus vrget opus
Lucra petituras per freta patentia ventis
Ducunt inſtabiles ſidera certa rates

¶ Pudicicia non eſt auro vendenda

Admonui quotiens. auro ne pollue formam
Sepe ſolent auro multa ſubeſſe mala

¶ Ex diuitijs et auro bella ſunt exorta

Quis fuit horrendos primus qui protulit enſes
Quam ferus ⁊ vere ferreus ille fuit
Tunc cędes hominum generi: tunc prelia nata:
Tunc breuior dirę mortis aperta via eſt
At nihil ille miſer metuit: nos ad mala noſtra
Vertimus. in ſęuas quod dedit ille feras

Diuitis hoc vicium eſt auri: nec bella fuerunt
Faginus aſtabat quom ſcyphus ante dapes
Non arces: non vallus erat: ſomnumqꝫ petebat
Securus varias dux gregis inter oues

¶ Furor bellorum peſſimꝰ ē: meliuſqꝫ eſt domi pauperem viuere: quā bellando cruētas opes q̄ritare.

Quis furor eſt atram bellis accerſere mortem
Imminet: ⁊ tacito clam venit illa pede
Non ſeges eſt infra: non vinea culta: ſed audax
Cerberus ⁊ ſtygie nauita puppis aque
Illic percuſſiſqꝫ genis vſtoqꝫ capillo
Errat ad obſcuros pallida turba lacus
Quā potius laudandus hic eſt. quē prole parata
Occupat in parua pigra ſenecta caſa
Ipſe ſuas ſectatur oues. at filius agnos
Et calidam feſſo comparat vxor aquam

¶ Pacis pręconia

Interea pax arua colat: pax candida primum
Duxit araturos ſub iuga curua boues
Pax aluit vites: ⁊ ſuccos condidit vuę
Funderet vt nato teſta paterna merum
Pace bidens vomerqꝫ vigent: at triſtia duri
Militis in tenebris occupat arma ſitus
Ruſticus e lucoqꝫ vehit male ſobrius ipſo
Vxorem plauſtro progeniemqꝫ domum

¶ Feſtis diebus rei diuinę vacandum eſt

Luce ſacra requieſcat humus: requieſcat arator
Et graue ſuſpenſo vomere ceſſet opus
Soluite vincla iugis: nunc ad preſepia debent
Plena coronato ſtare boues capite
Omnia ſint operata deo: non audeat vlla

Lanificam penſis impoſuiſſe manum

¶ Caſtitas mundicieſqꝫ ſuperis accepta eſt

Caſta placent ſuperis: pura cum veſte venite
Et manibus puris ſumite fontis aquam

¶ Mala praede

Ferrea non venerem: ſed predam ſecula laudant
Pręda tamen multis eſt operata malis
Pręda feras acies cinxit diſcordibus armis
Hinc cruor: hinc cędes: mors propiorqꝫ venit
Pręda vago iuſſit geminare pericula ponto
Bellica tum dubijs roſtra dedit ratibus

¶ Spei commoda

Iam mala finiſſem leto: ſed credula vitam
Spes fouet: ⁊ melius cras fore ſemper ait
Spes alit agricolas: ſpes ſulcis credit aratis
Semina: quę magno fęnore reddat ager
Hęc laqueo volucres: hęc captat arundine piſces
Cum tenues hamos abdidit ante cibus
Spes etiam valida ſolatur compede vinctum
Crura ſonant ferro: ſed canit inter opus.

¶ Opes non leuant nos curis

Non opibus mentes hominum curęqꝫ leuantur
Nam fortuna ſua tempora lege gerit

¶ Nocturna ſōnia ſepe vanos timores inijciūt

Somnia fallaci ludunt temeraria nocte
Et pauidas mentes falſa timere iubent

¶ Feminę ſunt inconſtantes

Ah crudele genus: nec fidum femina nomen
Ah pereat: didicit fallere ſi qua virum

¶ Blandis verbis homines exorantur

Ergo ne dubita blandas adhibere querelas

Vincuntur molli pectora dura prece

¶ Fructus añ maturitatẽ nõ ſunt carpẽdi

Quid fraudare iuuat vitem creſcentibus vuis

Et modo nata mala vellere poma manu

¶ Mẽte ꝯtriſtata ſimulare gaudiũ difficile eſt

Hei mihi difficile eſt imitari gaudia falſa

Difficile eſt triſti fingere mente iocum

Nec bene mendaci riſus componitur ore

Nec bene ſollicitis ebria verba ſonant:

¶ Feliciter ſapit is: qui ꝑiculo alieno ſapit.

Vos ego nunc moneo: felix: quicunq̃ dolore

Alterius diſces poſſe carere tuo

¶ Propertij Aurelij Naute Verſus ſelecti De ſuis quiſq̃ verba facit

Nauita de ventis: de tauris narrat arator

Enumerat miles vulnera: paſtor oues

¶ Amor non eſt ſanabilis

Omnes humanos ſanat medicina dolores

Solus amor morbi non amat artificem

¶ Furor fit lęſa ſępius patientia

Non ſolum taurus ferit vncis cornibus hoſtem

Verum etiam inſtanti leſa repugnat ouis

¶ Omnia mutantur

Omnia vertuntur: certe vertuntur amores

Vinceris aut vincis hęc in amore rota eſt

Magni ſepe duces: magni cecidere tyranni

Et thebę ſteterant altaq̃ troia fuit

¶ Fęminę ſunt fallaces varię ⁊ mutabiles

Sed vobis facile eſt verba ⁊ componere fraudes

Hoc vnum didicit fęmina ſemper opus

Non ſic incerto mutantur flamine ſyrtes

Nec folia hyberno tam tremefacta noto

Quam cito fęminea non conſtat fędus in ira

Siue ea cauſa grauis: ſiue ea cauſa leuis

¶ Volũtas ſepe laudãda ẽ. vbi vires deſunt

Quod ſi deficiant vires: audacia certe

Laus erit: in magnis ⁊ voluiſſe ſat eſt

¶ Nihil infęlici⁹ hoĩe q̇ turpi amore capt⁹ eſt

Durius in terris nihil eſt quod viuat amante

Nec modo ſi ſapias quod minus eſſe velis

¶ Figura colorq̃ naturalis nemini vitio dat

Vt natura dedit: ſic omnis recta figura

Turpis Rhomano belgicus ore color.

¶ Securius eſt duo habere: quã vnũ

Nam melius duo defendunt retinacula nauem

Tutius ⁊ geminos anxia mater alit

¶ Senio ⁊ vetuſtate ꝯfecta quieſcunt

Miles depoſitis annoſus ſecubat armis

Grandęuiq̃ negant ducere aratra boues

Putris ⁊ in vacua requieſcit nauis arena

Et vetus in templo bellica parma vacat

¶ Nihil homini eſt diuturnum

Nec forma ęternũ aut cuiquam eſt fortuna perẽnis

Longius aut propius mors ſua quemq̃ manet

¶ Mala vini.

Vino forma perit: vino corrumpitur ętas

Vino ſępe ſuum neſcit amica virum

¶ Poſt obitũ maior laus bonis ⁊ doctis ꝓuenit

Omnia poſt obitum fingit maiora vetuſtas

Maius ab exequijs nomen in ora venit

¶ Decus ingenio ꝯpatiũ mortẽ euadit edificia ãt vel maxĩe ſumptuoſa vetuſtate deſtruuntur:

Nam necȝ pyramidum ſumptus ad ſidera ducti
Nec iouis elei cęlum imitata domus
Nec mauſolei diues fortuna ſepulchri
Mortis ab extrema conditione vacat
Aut illis flamma: aut imber ſubducet honores
Annorum aut ictu pondera victa ruent
At non ingenio quęſitum nomen ab ęuo
Excidet: ingenio ſtat ſine morte decus

¶ Cuiuſcũcȝ ɔditionis hoīes mors rapit ad inferos

Haud vllas portabis opes acherontis ad vndas
Nudus ad infernas ſtulte vehere rates
Victor cum victis pariter miſcebitur vmbris
Conſule cum mario capte iugurtha ſedes
Lydus dulichio non diſtat Croeſus ab Jro
Optima mors parca quę venit acta die

¶ Seruorum eſt minus mentiri

Omnis enim debet ſine vanis eſſe relator
Maioremcȝ timens ſeruus habere fidem

¶ Mala auaricie

Ergo ſolicitę tu cauſa pecunia vitę es
Per te immaturum mortis adimus iter
Tu vitijs hominum crudelia pabula prębes
Semina curarum de capite orta tuo

¶ Jn nautas ⁊ mercatores periculis maris ſe ob auariciam exponentes

Jte rates curuę ⁊ lethi quocȝ texite cauſas
Jſta per humanas mors venit acta manus
Terra parum fuerat. fatis adiecimus vndas
Fortunę miſeras auximus arte vias
Anchora te teneat: quem non tenuere penates
Quid meritum dicas cui ſua terra parum eſt

Ventorum eſt quodcuncȝ paras haud vlla carina
Conſenuit: fallit portus ⁊ ipſe fidem
Natura inſidians pontum ſubſtrauit auaris
Vt tibi ſuccedat vix ſemel eſſe poteſt

¶ Onus cui impar ſis ne ſubiueris

Turpe quod eſt nequeas capiti committere pondus
Et preſſum inflexo mox dare terga genu
Omnia non pariter rerum ſunt omnibus apta
Fama nec ex ęquo ducitur vlla iugo

¶ Varias hoībus dotes natura diſtribuit

Sunt quibus eleę concurrit palma quadrigę:
Sunt quibus in celeres gloria nata pedes
Hic ſatus ad pacem: hic caſtrenſibus vtilis armis
Naturę ſequitur ſemina quiſcȝ ſuę

¶ Experientia eſt prouidentie magiſtra

Venturam melius pręſagit nauita mortem
Vulneribus didicit miles habere metum

¶ Aurum nunc in terris dominatur

Aurum omnes victa iam pietate colunt
Auro pulſa fides: auro venalia iura
Aurum lex ſequitur: mox ſine lege pudor

Mors eſt ineuitabilis

Sed tamen hoc omnes: huc primus et vltimus ordo
Et mala ſed cunctis iſta terenda via eſt
Exornanda canis tria ſunt latrantia colla
Scandenda eſt torui publica cymba ſenis
Jlle licet ferro cautus ſe condat et ęre
Mors tamen incluſum protrahit inde caput
Nirea non fatis. non vis exemit achillem
Croeſum aut pactoli quas parit humor opes

¶ Jſta cauſa ꝟtutē militis promouet iniuſta deprimit

Frangit ⁊ attollit vires in milite cauſa
Quę niſi iuſta ſubeſt: excutit arma pudor
¶ Ab inferis non licet quemquam reuocare
Panditur ad nullas ianua nigra preces
Cum ſemel infernas intrarunt funera leges
Non exorato ſtant adamante vię
¶ Publij Ouidij Naſonis verſus ſelecti
In deceptores puellarum
Fallere credentem non eſt operoſa puellam
Gloria: ſimplicitas digna fauore fuit
¶ Facta a fine: nō ab euētu ſunt l' ꝓbāda l' īprobāda
Exitus acta probat: careat ſucceſſibus opto
Quiſquis ab euentu facta notanda putat
¶ Intacta delibare iucundum eſt
Eſt aliquid plenis pomaria carpere ramis
Et tenui primam deligere vngue roſam
¶ In leuitatem nimij cultus
Sint procul a vobis iuuenes vt fęmina compti
Fine coli modico forma virilis amat
¶ Interdum requieſcendum eſt
Quod caret alterna requie durabile non eſt
Hęc reparat vires feſſaq; membra nouat
¶ Quod merito pateris: facile patiaris
Leniter ex merito quicquid patiare ferendum eſt
Quę venit indigne: poena dolenda venit
¶ Cygnus vicina morte ſolito dulcius canit
Sic vbi fata vocant: vdis abiectus in aruis
Ad vada Meandri concinit albus olor
¶ Coniugium inequalium malum eſt
Quam male inequales veniunt ad aratra iuuenci
Tam premitur magno coniuge nupta minor

Non honor eſt ſed onus ſpecies lęſura ferentes
Si qua voles apte nubere: nube pari
¶ Exprobratio immemoris bñficij iuuat
Eſt aliqua ingrato meritum exprobrare voluptas
Hac fruar: hęc de te gaudia ſola feram
¶ Aliena ne cupias
Diſce meo exemplo formoſis poſſe carere
Eſt virtus placitis abſtinuiſſe bonis
¶ Sero venis ad id: quod alter occupauit
Ad poſſeſſa venis pręceptaq; gaudia ſerus
Spes tua lenta fuit: quod petis alter habet
¶ Pñcipio obſceni amoris fortiter reſiſtēdū ē
Dum nouus eſt cępto potius pugnemus amori
Flamma recens parua ſparſa recedit aqua
¶ In hoſpitib' ⁊ externis nō eſt amoris ꝯſtātia
Certus in hoſpitibus non eſt amor. errat vt ipſi
Cumq; nihil ſperes firmius eſſe fugit
¶ Piriculoſum eſt ſe equis credere
Arte laboratę merguntur in equore puppes
Tu tua plus remis brachia poſſe putas
¶ Adulterium non eſt committendum
Elige de vacuis: quam non ſibi vendicet alter
Si neſcis: dominum res habet iſta ſuum
¶ De' nō mactata pecude ſ; iuſtis opib' placat
Non boue mactato cęleſtia numina gaudent
Sed quę preſtanda eſt ⁊ ſine teſte fide
¶ Quod formę deeſt ingenio compenſo
Si mihi difficilis formam natura negauit
Ingenio formę damna rependo meę
¶ Leue fit quod bene fertur onus
Vidi ego iactatas mota face creſcere flammas

Et vidi nullo concutiente mori
Verbera plura ferunt: quam quos iuuat vſus aratri
Det rectant preſſi dum iuga prima boues
Aſper equus duris contunditur ora lupatis
Frena minus ſentit: quiſquis ad arma facit
¶ In bello porte claudunt: pacis q̄o tpe apiende ſunt
Vrbibus obſeſſis clauſe munimina porte
Proſunt: in media pace quid arma times
¶ Nox amor et vinum turpia ſuadent
Nox et amor vinumqꝫ nihil moderabile ſuadent
Illa pudore vacat: liber amorqꝫ metu
¶ Tempus celerrime aufugit
Labitur occulte: fallitqꝫ volatilis etas
Et celer admiſſis labitur annus equis
¶ Vſus reiprodeſt. negligentia obeſt:
Aera nitent vſu: veſtis bona querit haberi
Caneſcunt turpi tecta relicta ſitu
¶ E multis facilior eſt rapina
Certior e multis: nec tā inuidioſa rapina eſt
Preda venit canis de grege plena lupis
¶ Ira non ſit diuturna
Sed nunquam dederis ſpacioſum tempus in iram
Sepe ſimultates ira morata facit
¶ Luxuria cū oī ętate turpis tum ſenectuti fediſſā eſt
Que bello eſt habilis veneri quoqꝫ conuenit ętas
Turpe ſenex miles: turpe ſenilis amor:
¶ Soporatos ⁊ inermes facile eſt opprimere
Sepe ſoporatos inuadere profuit hoſtes
Cedere et armata vulgus inerme manu
¶ De turpi queſtu
Non bene conducti vendunt periuria teſtes

Non bene ſelecti iudicis arca patet
Turpe reos empta miſeros defendere lingua
Quodqꝫ facit magnas turpe tribunal opes
Turpe tori reditu cenſus augere paternos
Et faciem lucro proſtituiſſe ſuam
¶ Vbi copia rerum eſt; inde accipiantur
Carpite de plenis pendentes vitibus vuas
Prebeat alcinoi poma benignus ager
¶ Fama carmīb⁹ adquiſita eſt īmortalis.
Scindentur veſtes: gemmę frangentur ⁊ aurum
Carmina quam tribuent fama perennis erit
¶ De poetaꝝ īmortalitate ⁊ laude carminū
Viuet Meonides tenedos dum ſtabit ⁊ ida
Dum rapidas ſimois in mare voluet aquas
Viuet ⁊ aſcreus: dum muſtis vua tumebit
Dum cadet incurua falce reſecta ſeges
Battiades toto ſemper cantabitur orbe
Quanuis ingenio non valet: arte valet
Nulla ſophocleo veniet iactura cothurno
Cum ſole ⁊ luna ſemper aratus erit
Dum fallax ſeruus: durus pater: improba lena
Vixerit: ⁊ meretrix blanda: menandros erit
Ennius arte carens animoſiqꝫ actius oris
Caſurum nullo tempore nomen habent
Verronem primamqꝫ ratemque neſciet ętas
Aureaqꝫ aeſonio terga petita duci
Carmina ſublimis tunc ſunt peritura lucreti
Exitio terras cum dabit vna dies
Tityrus ⁊ fruges aenęiaqꝫ arma legentur
Roma triumphati dum caput orbis erit
Donec erunt ignes arcuſqꝫ cupidinis arma

Dicentur numeri culte Tibulle tui
Gallus et hiſperijs et gallus notus eois
Et ſua cum gallo nota licoris erit
Ergo cum ſilices: cum dens patientis aratri
Depereant ęuo. carmina morte carent
Cedant carminibus reges regumqȝ triumphi
Cedat et auriferi ripa beata tagi
Vilia miretur vulgus: mihi flauus apollo
Pocula caſtalia plena miniſtret aqua

¶ Poſt mortem ceſſat inuidia

Paſcitur in viuis liuor: poſt fata quieſcit
Tunc ſuis ex merito quenqȝ tuetur honor:

¶ Contra proditores ſecretorum

Aſpicis indicibus nexas per colla catenas
Squalidus orba fide pectora carcer habet
Quęrit aquas in aquis ⁊ poma fugatia captat
Tantalus: hoc illi garrula lingua dedit

¶ In delatores

Culpa nec ex facili quamuis manifeſta probatur
Judicis illa ſui tuta fauore venit:

¶ Bona citius priuſqȝ malis abſumuntur

Optima prima fere manibus rapiuntur auaris
Implentur numeris deteriora ſuis

¶ De cupiditate venatoris

Venator ſequitur fugientia: capta relinquit
Semper ⁊ inuentis vlteriora petit

¶ Somnoleutia eſt vitanda

Infoelix. tota quicunqȝ quieſcere nocte
Suſtinet/et ſomnos pręmia magna vocat
Stulte quid eſt ſomnus: gelidę niſi mortis imago
Longa quieſcendi tempora fata dabunt

Quid folia arboribus: quid pleno ſidera cęlo
In freta collectas alta quid addis aquas

¶ De periculis nautarum

Sero reſpicitur tellus: vbi fune ſoluto
Currit in immenſum panda carina ſalum
Nauita ſollicitus iam ventos horret iniquos
Et prope tam letum: quam prope cernit aquam

¶ Foetus ante maturitatē nō ſunt tollēdi

Quid plenam fraudas vitem creſcentibus vuis
Pomaqȝ crudeli vellis acerba manu
Sponte fluent matura ſua. ſine creſcere nata
Eſt precium tardę non leue vita morę

¶ In puellis non eſt fides

Verba puellarum folijs leuiora caducis
Irritaqȝ vt viſum eſt ventus ⁊ aura ferunt

¶ Cōtra nimiā ſeueritatē in cuſtodiēda vxore

Cui peccare licet: peccat minus: ipſa poteſtas
Semina nequicie languidiora facit

¶ Vetita magis appetimus

Vidi ego nuper equum contra ſua frena tenacem
Ore reluctanti fulminis ire modo
Conſtitit: vt primum conceſſas ſenſit habenas
Frenaqȝ in ęffuſa laxa iacere iuba
Nitimur in vetitum ſemper cupimuſqȝ negata
Sic interdictis imminet ęger aquis

Quę ſeruantur: ea magis appetuntur

Quicquid ſeruatur. cupimus magis. ipſaqȝ furem
Pręda vocat: pauci quod ſinit alter amant

¶ De incantamentis

Carmine lęſa ceres tenuem vaneſcit in herbam
Deficiunt leſi carmine fontis aquę

Ilicibus glandes: cantataqꝫ vitibus vua
Decidit: ⁊ nullo poma mouente fluunt
¶ Nec ſurdos cātus: nec cecos pictura delectat
Quid iuuat: ad ſurdas ſi cantet phemius aures
Quid miſerum thamyram picta tabella iuuat
¶ Olim ſcientia fuit cara
Ingenium quondam fuerat precioſius auro
At nunc barbaria eſt grandis habere nihil
¶ Pecunia eſt hominum regina
Eruimus terra ſolidum pro frugibus aurum
Poſſidet inuentas ſanguine miles opes
Curia pauperibus clauſa eſt. dat cenſus honores
Inde grauis iudex: inde ſeuerus eques
¶ Poetę ſacri ⁊ diuini vocantur. mors tamen eis minime parcit
At ſacri vates: ⁊ diuum cura vocamur
Sunt etiam qui nos numen habere putent
Scilicet. omne ſacrum mors importuna profanat
Omnibus obſcuras inijcit illa manus
¶ Cohortatio ad patientiam
Perfer ⁊ obdura: dolor hic tibi proderit olim
Sepe tulit laſſis ſuccus amarus opem
¶ Multa mentiuntur poetę
Exit in immenſum fęcunda licentia vatum
Obligat hiſtorica nec ſua verba fide
¶ In eos qui ſe peccaſſe glorioſe predicant
Quis furor eſt quę nocte latent: in luce fateri
Et quę clam facias facta referre palam
Ignoto meretrix corpus iunctura quiriti
Oppoſita populum ſubmouet ante ſera
¶ Preceptori diſcipulus obediat.

Phyllirides puerum citharę perfecit achillem
Atqꝫ animos molli contudit arte feros
Qui totiens ſocios: totiens exterruit hoſtes
Creditur annoſum pertimuiſſe ſenem
Quas hector ſenſurus erat: poſcente magiſtro
Verberibus iuſſas prebuit ille manus
¶ Loci oportunitas eſt obſeruanda
Sit bene venator: ceruis vbi retia tendat
Sit bene qua frendens valle moretur aper
Aucupibus noti frutices: qui ſuſtinet hamos
Nouit que multo piſce natentur aquę
¶ Laudes vini
Vina parant animos: faciuntqꝫ caloribus aptos
Cura fugit multo diluiturqꝫ mero
Tunc veniunt riſus tunc pauper cornua ſumit
Tunc dolor et curę rugaqꝫ frontis abit
Tunc aperit mentes euo rariſſima noſtro
Simplicitas. artes excutiente deo
¶ Nocte fallitur iudicium
Nocte latent mendę vitioqꝫ ignoſcitur omni
Horaqꝫ formoſam quamlibet iſta facit
Conſule de gemmis: de tincta murice lana
Conſule de facie corporibuſqꝫ diem
¶ Nemo ſua ſorte contentus eſt
Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris
Vicinumqꝫ pecus grandius vber habet
¶ Principium damni vitandū
Non auis vtiliter viſcatis effugit alis
Non bene delapſis caſſibus exit aper
Saucius arrepto piſcis retinetur ab hamo
¶ Tempus eſt obſeruandum

Nec ſemper credenda ceres fallacibus aruis
Nec ſemper viridi concaua puppis aque
¶ Precibus hoīes ⁊ dij exorātur
Hectora donauit priamo prece motus achilles
Flectitur iratus voce rogante deus.
¶ In deteſtatione alee
Sic ne perdiderit: non ceſſat perdere luſor
Et reuocat: cupidas alea ſepe manus
¶ Nō ſolū iuris ſꝫ bonaꝝ etiā artiū ſtudijs vacādū ē
Diſce bonas artes: moneo Rhomana iuuentus
Non tantum trepidos vt tueare reos
¶ Tempore omnia fiunt leuiora:
Tempore difficiles veniunt ad aratra iuuenci
Tempore lenta pati frena docentur equi
Ferreus aſſiduo conſumitur anulus vſu
Interit aſſiduo vomer aduncus humo
Quid magis eſt durum ſaxo. quid mollius vnda
Dura tamen molli ſaxa cauantur aqua
¶ Mundiciē corporis mediocrēqꝫ cultū ama
Mundicie placeant: fuſcentur corpora campo
Sit bene conueniens ⁊ ſine labe toga
Linguaqꝫ nec rigeat: careant rubigine dentes
Nec vagus in laxa pes tibi pelle natet
Nec male deformet rigidos tonſura capillos
Sit coma ſit docta barba reſecta manu
Et nihil emineant: ⁊ ſint ſine ſordibus vngues
In cauaqꝫ nullus ſtet tibi nare pilus
Nec male odorati ſit triſtis anhelitus oris
Nec ledat nares virqꝫ paterqꝫ gregis
¶ Quod multi faciunt non continuo bonū eſt
Tuta frequenſqꝫ via eſt per amici fallere nomen

Tuta frequenſqꝫ licet ſit via: crimen habet:
¶ In ebrietatem
Certa tibi a nobis dabitur menſura bibendi
Officium preſtent menſqꝫ pedeſqꝫ ſuum
Iurgia precipue vino ſtimulata caueto
Et nimium faciles ad fera bella manus
Occidit eurythion ſtulte data vina bibendo
Aptior eſt dulci menſa merumqꝫ ioco
¶ Ne ſis difficilis et dure ceruicis
Si vox eſt canta ſi mollia brachia ſalta
Et quacunqꝫ potes dote placere: place
¶ Laude et obſequio vincūtur hoīes
Laudatas oſtendit auis iunonia pennas
Si tacitus ſpectes: illa recondit opes
Quadrupedes inter rapidi certamina curſus
Depexeqꝫ iube plauſaqꝫ colla iuuant
¶ Deus colendus eſt ⁊ a peccatis abſtinendum
Expedit eſſe deos: ⁊ vt expedit: eſſe putemus
Dentur in antiquos tura merumqꝫ focos
Nec ſecura quies illos ſimiliſqꝫ ſopori
Detinet innocui viuite numen adeſt
Reddite depoſitum: pietas ſua federa ſeruet
Fraus abſit. vacuas cedis habete manus
¶ Multis candidus color vicio datur:
Candidus in nauta turpis color equoris vnda
Debet et a radijs ſideris eſſe niger
Turpis et agricole: qui vomere ſemper adunco
Et grauibus raſtris ſub ioue verſat humum
Et tu palladie petitur cui fama corone
Candida ſi fuerint corpora turpis eris
¶ Contra vigilias et amorem

Attenuant iuuenem vigilatę corpora noctes
Curaqʒ ⁊ in magno qui ſit amore dolor
¶ Solis turpibus hoĩes delectantur
Nil niſi turpe iuuat: cura eſt ſua cuiqʒ voluptas
Hęc quoqʒ ab alterius grata dolore venit
¶ Diuerſę terrę diuerſa producunt
Nec tellus eadem parit omnia: vitibus illa
Conuenit: hęc oleis: hic bene farra virent.
¶ Quot capita. tot ſenſus
Pectoribus mores tot ſunt: quot in orbe figure
Qui ſapit: innumeris moribus aptus erit
¶ Parta ſunt conſeruanda
Nec minor eſt virtus: quam querere: parta tueri
Caſus ineſt illic: hic erit artis opus
¶ Aduerſa ſepe excitant ingenium
Ingenium mala ſepe mouent: quis crederet vnquã
Aereas hominem carpere poſſe vias
¶ Nemo confidat in ſua pulchritudine
Ingenij dotes corporis adde bonis
¶ Forma bonũ fragile eſt: q̃tumqʒ accidit ad annos
Fit minor: ⁊ ſpacio carpitur illa ſuo
Nec ſemper violę: nec ſemper lilia florent
Et riget amiſſa ſpina relicta roſa
Et tibi iam venient cani formoſe capilli
Iam venient ruge: quę tibi corpus arent
Iam molire animum qui duret: ⁊ aſtrue formam
Solus ad extremos permanet ille rogos
Nec leuis ingenuas pectus coluiſſe per artes
Cura ſit ⁊ linguas edidiciſſe duas
¶ In eandem ſententiam
Ergo age fallaci timide confide figurę

Quiſquis es: atqʒ aliquid corpore maius habe.
¶ Eſto facilis ac manſuetus
Dextera precipue capit indulgentia mentes
Aſperitas odium ſęuaqʒ bella mouet
Odimus accipitrem: quia viuit ſemper in armis
Et pauidum ſolitos in pecus ire lupos
At caret inſidijs hominum: quia mitis hirundo eſt
Quaſqʒ colat turres chaonis ales habet
¶ Contra iracundiam ac rixas
Eſte procul lites ⁊ amare prelia linguę
Dulcibus eſt verbis mollis alendus amor
¶ Obſequium amicos parit
Flectitur obſequio curuatur ab arbore ramus
Franges: ſi vires experiere tuas
Obſequio tranantur aquę: nec vincere poſſis
Flumina: ſi contra quam rapit vnda: nates
Obſequium tigreſqʒ domat tumidoſqʒ leones
Ruſtica paulatim taurus aratra ſubit
¶ Carmĩa laudãtur ſʒ pecunia diligitur
Carmina laudantur ſed munera magna petuntur
Dummodo ſit diues barbarus: ipſe placet
Aurea ſunt vere nunc ſecula: plurimus auro
Venit honos. auro conciliatur amor
Ipſe licet venias muſis comitatus Homere
Si nihil attuleris: ibis Homere foras
¶ Autumnus eſt morboſus:
Sepe ſub autumno cum formoſiſſimus annus
Plenaqʒ purpureo ſubrubet vua mero
Quum mõ frigoribus premimur: mõ ſoluimur ęſtu
Aere non certo corpora langor habet
¶ Ex paruis fiunt magna

Quem taurum metuis: vitulum mulcere ſolebas
Sub qua nunc recubas arbore: virga fuit
Naſcitur exiguus: ſed opes acquirit eundo
Quaq; venit multas accipit amnis aquas

¶ Proſperis rebus animi luxuriant

Luxuriant animi rebus plerumq; ſecundis
Nec facile eſt ęqua commoda mente pati

¶ Amantiũ irę amoris redintegratio eſt

Quę modo pugnarunt: iungunt ſua roſtra columbe
Quarum blandicias verbaq; murmur habet

¶ Exhilara ſodales

Qui ſermone placet: taciturna ſilentia vitet
Qui canit arte: canat. qui bibit arte. bibat

¶ Non ſemper arridet fortuna

Credita non ſemper ſulci cum fęnore reddunt
Nec ſemper dubias adiuuat aura rates

¶ Silentiũ laudi: multiloquiũ vitio datur

Eximia eſt virtus pręſtare ſilentia rebus
At contra grauis eſt culpa tacenda loqui
Quam bene: q̄ fruſtra captatis arbore pomis
Tantulus in media garrulus aret aqua

¶ Tempore res fragiles confirmantur

Dum nouus in viridi coaleſcit cortice ramus
Concutiat tenerum quelibet aura: cadet
Mox etiam ventis ſpatio durata reſiſtit
Firmaq; adoptiuas arbor habebit opes

¶ Tempore vitia fiunt tolerabilia

Eximit ipſa dies omnis de corpore mendas
Quodq; fuit vitium deſinit eſſe mora
Ferre nouę nares taurorum terga recuſant
Aſſiduo domitas tempore fallit odor

¶ In iuuenta laborandum eſt

Dum vires anniq; ſinunt: tolerate labores
Iam veniet tacito curua ſenecta pede
Aut mare nauigijs: aut vomere ſcindite terram
Aut fera belligeras addite in arma manus

¶ In eandem ſententiam

Venture memores iam nunc eſtote ſenectę
Sic nullum vobis tempus abibit iners
Dum licet ⁊ veros etiam nunc ęditis annos
Credite: eunt anni more fluentis aquę
Nec que preterijt curſu reuocabitur vnda
Nec que preterijt hora redire poteſt
Vtendum eſt ętate: cito pede labitur ętas
Nec bona dum ſequitur: quam bona prima fuit

¶ De fugacite forme

Quam cito me miſerum laxantur corpora rugis.
Et perit in nitido qui fuit ore color

¶ Quod ſine tuo damno poſſis alteri communices

Quis vetet appoſito lumen de lumine ſumi
Quis ve cauum vaſtas in mare ſeruat aquas

¶ Multa cum fiunt turpia cum iam facta ſunt placent

Quę nunc nomen habent operoſi ſigna myronis
Pondus iners quondam duraq; maſſa fuit:
Annulus vt fiat: primo colliditur aurum
Quas geritis veſtes ſordida lana fuit

¶ De turpibus

Turpe pecus mutilum: turpis ſine gramine campus
Et ſine fronde frutex: ⁊ ſine crine caput

¶ Non ſemper nauta laborat

Cum mare compoſitum eſt ſecurus nauita ceſſat
Cum tumet auxilijs aſſidet ille ſuis

¶ De malis ludi aleatorij

Tunc ſumus incauti: ſtudioqʒ aperimur in ipſo
Nudaqʒ per luſus pectora noſtra patent
Ira ſubit deforme malum: lucriqʒ cupido
Iurgiaqʒ ⁊ rixe ſollicituſqʒ dolor
Crimina dicuntur: reſonat clamoribus ęther
Inuocat iratos ⁊ ſibi quiſqʒ deos

¶ Ignotum non amatur

Quod latet ignotum eſt: ignoti nulla cupido
Fructus abeſt. facies cum bona teſte caret
Tu licet ⁊ thamyram ſuperes atqʒ orphea cantu
Non erit ignotę gratia magna lyrę

¶ Famam poetę appetunt

Quid petitur ſacris niſi tantum fama poetis
Hoc votum noſtri ſumma laboris habet
Cura ducum fuerant olim regumqʒ poetę
Pręmiaqʒ antiqui magna tulere chori
Sanctaqʒ maieſtas: ⁊ erat venerabile nomen
Vatibus. ⁊ large ſępe dabantur opes
Ennius emeruit calabris in montibus ortos
Contiguos pene Scipio magne tuis
Nunc hederę ſine honore iacent. operataqʒ doctis
Cura vigil muſis nomen inertis habet
Sed famę vigilare iuuat: quis noſſet homerum
Ilias eternum ſi latuiſſet opus.

¶ De caſu ⁊ fortuna

Caſus vbiqʒ valet: ſemper tibi pendeat hamus
Quo minime credis gurgite piſcis erit
Sępe canes fruſtra nemoroſis montibus errant
Inqʒ plagas nullo ceruus agente cadit

¶ Vim vi repellere licet

Iudice me fraus eſt conceſſa repellere fraudem
Armaqʒ in armatos ſumere iura ſinunt

¶ Contra ſeuiciam vultus ⁊ iram

Pertinet ad faciem rabidos compeſcere mores
Candida pax homines: trux decet ira feras
Ora tument ira: nigreſcunt ſanguine venę
Lumina gorgoneo ſęuius angue micant

¶ Poetica facit ad bonos mores.

Adde q̄ inſidie ſacris a vatibus abſunt
Et facit ad mores ars quoqʒ noſtra bonos
Nec nos ambitio. nec nos amor vrget habendi
Contempto colitur lectus ⁊ vmbra foro

¶ In eandem ſententiam

Scilicet ingenium placida mollitur ab arte
Et ſtudio mores conuenienter eunt

¶ Poetę ſunt diuino furore afflati

Eſt deus in nobis: ſunt ⁊ commercia celi
Sedibus ęthereis ſpiritus ille venit

¶ Emulatio incitat.

Tunc bene fortis equus reſerato carcere currit
Cum quos pretereat: quos ve ſequatur habet.

¶ Munera ſuntgrata

Munera: crede mihi: placant homineſqʒ deoſqʒ
Placatur donis iuppiter ipſe datis
Quid faciet ſapiens: ſtultus quoqʒ munere gaudet
Ipſe quoqʒ accepto munere mitis erit

¶ Non eſt ſaluti proprię aduerſandum

Non auis aucupibus monſtrat qua parte petatur
Non docet infeſtos currere cerua canes

¶ De geſtibus ad menſam ſeruandis

Carpe cibos digitis: eſt quidam geſtus edendi

Ora nec immunda tota perunge manu
Neue diu preſume dapes: ſed deſine: citra
Quam cupias: paulo quam potes: eſſe minus
¶ Bona ꝛ mala naſcũtur in eadẽ terra
Terra ſalutiferas herbas: eademq; nocentes
Nutrit: ꝛ vrtice proxima ſepe roſa eſt
¶ Animus vitijs purgandus eſt
Utile propoſitũ eſt ſeuas extinguere flammas
Nec ſeruum vitijs pectus habere ſuum
¶ Uenienti morbo occurrendum eſt
Opprime dum noua ſunt ſubiti mala ſemina morbi
Et tuus incipiens ire reſiſtat equus
Nam mora dat vires: teneras mora precoquit vuas
Et validas ſegetes quę fuit herba facit
Quę prebet latas arbor ſpaciantibus vmbas
Quo poſita eſt primum tempore virga fuit
Tunc poterat manibus ſumma tellure reuelli
Nunc ſtat in immenſum viribus aucta ſuis
¶ In eandem ſententiam
Quale ſit id quod amas: celeri circumſpice mente
Et tua leſuro ſubtrahe colla iugo
Principijs obſta: ſero medicina paratur
Cum mala per longas conualuere moras
Sed propera: nec te venturas differ in horas
Qui non eſt hodie: cras minus aptus erit
¶ Ex paruo principio res magna oritur
Flumina magna vides paruis de fontibus orta.
Plurima collectis multiplicantur aquis
¶ Curatio morbi non eſt differenda
Uidi ego quod fuerat primo ſanabile vulnus
Dilatum longe damna tuliſſe morę

¶ Furori cedendum eſt
Aut noua: ſi poſſis ſedare incendia tentes
Aut vbi per vires procubuere ſuas
Dum furor in curſu eſt currenti cede furori:
Difficiles aditus impetus omnis habet
Stultus: ab obliquo qui cum diſcedere poſſit
Pugnat in aduerſas ire natator aquas
Impatiens animus nec adhuc tractabilis arte
Reſpuit atq; odio verba mouentis habet
¶ Tpe oportuno cõſolatio ꝛ medicina ẽ adhibenda
Quis matrem niſi mentis inops in funere nati
Flere vetat: non hoc illa monenda loco eſt
Cum dederit lachrymas animumq; impleuerit ęgrũ
Ille dolor verbis emoderandus erit
Temporibus medicina valet: data tempora proſunt
Et data non apto tempore vina nocent
¶ Ex ocijs vitia proueniunt ꝛ imprimis fedus amor
Ocia ſi tollas: periere cupidinis arcus:
Contemptęq; iacent ꝛ ſine luce faces
Quam platanus riuo gaudet: quam populus vnda
Et quam limoſa canna paluſtris humo
Tam venus ocia amat: finem qui queris amoris
Cedit amor rebus: res age tutus eris
¶ In deſidiam aleam ꝛ temulentiam
Languor et immodici nullo ſub iudice ſomni
Aleaq; ꝛ multo tempora caſſa mero
Eripiunt omnes animo ſine vulnere vires
Affluit in cautis inſidioſus amor
Deſidiam puer ille ſequi volet: odit agentes
Da vacue menti quo teneatur opus
¶ In deſidiam

Quęritur: Aegiſthus quare ſit factus adulter
In promptu cauſa eſt: deſidioſus erat
¶ De quattuor partibus anni
Poma dat auctumnus: formoſa eſt meſſibus ęſtas
Ver prebet flores: igne leuatur hyems
¶ Si ꝓ ſalute corꝑis multa ſufferim⁹ quãto libentius ꝓ animi ſalute multa ſufferre debemus
Sepe bibi ſuccos quamuis inuitus amaros
Aeger ⁊ oranti menſa negata mihi eſt
Ut corpus redimas: ferrum patieris ⁊ ignes
Arida nec ſitiens ora leuabis aqua
Ut valeas animo quicq̃ tolerare negabis
At precium pars hęc corpore maius habet
¶ Mala ſunt vicina bonis
Et mala ſunt vicina bonis: errore ſub illo
Pro vitio virtus crimina ſepe tulit
¶ Summis viris maligni inuident
Ingenium magni liuor detrectat homeri
Quiſquis es ex illo zoile nomen habes
Et tua ſacrilegę laniarunt carmina linguę
Pertulit huc victos quo duce troia deos
Summa petit liuor: perflant altiſſima venti
Summa petunt dextra fulmina miſſa iouis
¶ Parua non ſunt contemnenda
Sed que non proſunt ſingula: multa iuuant
Parua necat morſu ſpacioſum vipera taurum
A cane non magno ſępe tenetur aper
¶ Quod vni bonũ alteri malum videtur
Quo tua non poſſunt offendi pectora facto
Forſitan hoc alio iudice crimen erit
¶ Diuiſio rem attenuat

Grandia per multos tenuantur flumina riuos
Magnaqꝫ ſubducto ſtipite flamma perit
¶ Amor diuiſus eſt minor.
Parcius e multis mater deſiderat vnum
Quam quę flens clamat: tu mihi ſolus eras
¶ Non omnium ęque facilis eſt ſanatio
Corpora vix ferro quędam ſanantur acuto
Auxilium multis ſuccus ⁊ herba fuit.
¶ Cui plus timet mater: eũ plus ſolet amare
Plus amat e natis mater plerumqꝫ duobus
Pro cuius reditu: quod gerit arma: timet
¶ Contagia ſunt vitanda
Si quis: amas nec vis: facias contagia vites
Hęc etiam pecori ſepe nocere ſolent
Dum ſpectant leſos oculi: leduntur ⁊ ipſi
Multaqꝫ corporibus tranſitione nocent
In loca non nunquam ſiccis arentia glebis:
De prope currenti flumine manat aqua
¶ Obiecta mouent potentias
Non facile eſuriens poſita retinebere menſa
Et multam ſaliens incitat vnda ſitim
Non facile eſt taurum viſa retinere iuuenca
Fortis equus viſa ſemper adhinnit equa
¶ Quod repente attollitur nõ eſt diuturnum
Flumine perpetuo torrens ſolet altius ire
Sed tamen hęc breuis eſt: ille perennis aqua
¶ Fletus feminarum fallax eſt
Neue puellarum lachrymis moueare caueto
Ut flerent oculos erudiere ſuos
¶ Choreę reddunt aĩm effeĩatum
Eneruant animos: citharę cantuſqꝫ lyręqꝫ:

Et vox ⁊ numeris brachia mota ſuis

¶ Eiuſdem rei diuerſi ſunt vſus

Nutritur vento: vento reſtinguitur ignis
Lenis alit flammas: grandior aura negat

¶ Die feſto ſacrę preces dicendę ſunt

Proſpera lux oritur: linguis animiſqꝫ fauete
Nunc dicenda bono ſunt bona verba die
Lite vacent aures: inſanaqꝫ protinus abſint
Jurgia: differ opus liuida turba tuum

¶ Jn immenſum excreuit auaricia

Tempore creuit amor: qui nunc eſt ſummus habendi
Vix vltra. quo iam progrediatur habet
Pluris opes nunc ſunt: quam priſci temporis annis
Dum populus pauper: dum noua Roma fuit

¶ Jn eandem ſententiam

Creuerunt ⁊ opes ⁊ opum furioſa libido
Et cum poſſideant plurima: plura petunt
Querere vt abſumant: abſumpta requirere certat
Atqꝫ ipſe vitijs ſunt alimenta vices
Sic quibus intumuit ſuffuſa venter ab vnda
Quo plus ſunt potę: plus ſitiuntur aquę
Jn precio precium nunc eſt: dat cenſus honores
Cenſus amicicias: pauper vbiqꝫ iacet

¶ Sperat quiſqꝫ aut timet ꝓ ꝯſcię ſue qualitate

Conſcia mens vt cuiqꝫ ſua eſt: ita concipit intra
Pectora: pro facto ſpemqꝫ metumqꝫ ſuo

¶ Vir excelſi animi non frangitur exilio

Omne ſolum forti patria eſt: vt piſcibus equor
Vt volucri: vacuo quicquid in orbe patet

¶ Pax frumenta largitur

Sub iuga bos veniat: ſub terras ſemen aratas
Pax cererem nutrit: pacis alumna ceres.

¶ Nuptię nonnunqꝫ ſunt differende

Nubere ſiqua voles: quamuis properabitis ambo
Differ: habent paruę commoda magna morę.

¶ De verno tempore

Vere nitent terrę: vere remiſſus ager
Nunc herbe rupta tellure cacumina tollunt
Nunc tumido gemmas cortice palmes agit

¶ Bona ꝯſcientia nullius oculos fugit.

Conſcia mens recti famę mendacia ridet
Sed nos in vitium credula turba ſumus

¶ Nocte latent colores

Jam color vnus ineſt rebus: tenebriſqꝫ teguntur
Omnia: iam vigiles conticuere canes

¶ Deus auertat bella

Sarcula nunc duruſqꝫ bidens ⁊ vomer aduncus
Ruris opes nitcant: inquinet arma ſitus
Conatuſqꝫ aliquis vagina ducere ferrum
Aſtrictum longa ſentiat eſſe mora

¶ Senibus honor deferendus eſt

Magna fuit capiti quondam reuerentia cano
Jnqꝫ ſuo precio ruga ſenilis erat
Martis opus iuuenes animoſaqꝫ bella gerebant
Et pro dijs aderant in ſtatione ſuis
Viribus illa minor nec habendis vtilis armis
Conſilio patrię ſepe ferebat opem
Nec niſi poſt annos patuit tunc curia ſeros
Nomen ⁊ ętatis mite ſenatus habet
Jura dabat populo ſenior: finitaqꝫ certis
Legibus eſt ętas: vnde petatur honos
Et medius iuuenum non indignantibus ipſis

Ibat ⁊ anterior ſi comes vnus erat
Verbera quis auderet coram ſene digna rubore
Dicere: cenſuram longa ſenecta dabat
Romulus hoc vidit: ſelectaqꝫ corpora patres
Dixit: ad hos vrbis ſumma relata nouę eſt

¶ In floribus maxima ſpes eſt ꝓuentuū

Si bene floruerint ſegetes: erit area diues
Si bene floruerit vinea bacchus erit
Si bene floruerint oleę nitidiſſimus annus
Poma quoqꝫ euentum temporis huius habent
Flore ſimul ſeſo pereunt viciçqꝫ fabeqꝫ
Et pereunt lentes aduena nile tuę

¶ Non ſemper leta iuuant.

Scilicet interdum miſcentur triſtia lętis
Nec populum toto pectore feſta iuuant

¶ De officio iudicis

Sic agitur cenſura: ⁊ ſic exempla parantur
Cum iudex alios quod monet ipſe facit

¶ Tempus celerrime preterit

Tempora labuntur tacitiſqꝫ ſeneſcimus annis
Et fugiunt freno non remorante dies

¶ Expertus pericula facile expaueſcit

Terretur nimio pennę ſtridore columba
Vnguibus accipiter ſaucia facta tuis
Non procul a ſtabulis audet diſcedere: ſiqua
Excuſſa eſt auidi dentibus agna lupi
Vitaret cęlum Phaeton ſi viueret: ⁊ quos
Optauit ſtulte tangere nollet equos

¶ Tempore aduerſitatis ꝓbatur amicus

Theſea Pirithous non tam ſenſiſſet amicum
Si non infernas viuus adiſſet aquas

Vt foret exemplum veri phoceus amoris
Fecerunt furię triſtis Oreſte tuę
Si non Euryalus rutulos cecidiſſet in hoſtes
Hyrtacide niſi gloria nulla foret
Scilicet vt fuluum ſpectatur in ignibus aurum
Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides

¶ Cum fortuna mutantur amici

Dum iuuat ⁊ vultu ridet fortuna ſereno
Inde libatas cuncta ſequuntur opes
At ſimul intonuit: fugiunt: nec noſcitur vlli
Agminibus comitum qui modo cinctus erat

¶ In eandem ſententiam

Donec eris fęlix multos numerabis amicos
Tempora ſi fuerīt nubila ſolus eris
Aſpicis vt veniant ad candida tecta columbę
Accipiat nullas ſordida turris aues
Horrea formicę tendunt ad inania nunꝙ
Nullus ad amiſſas ibit amicus opes
Vtqꝫ comes radios per ſolis euntibus vmbra eſt
Cum latet hic preſſus nubibus: illa fugit
Mobile ſic ſequitur fortunę lumina vulgus
Quę ſimul inducta nube teguntur: abit

¶ De clementia ab exemplo dei

Si quotiens peccent homines: ſua fulmina mittat
Juppiter: exiguo tempore inermis erit
Nunc vbi detonuit: ſtrepituqꝫ exterruit orbem
Purum diſcuſſis aera reddit aquis.

¶ Deus parua munuſcula non ſpernit.

Sed tamen vt fuſo taurorum ſanguine centum
Sic capitur minimo turis honore deus

¶ Nemo deſperet meliora lapſus

Sed ſolet interdum fieri placabile numen
  Nube ſolet pulſa candidus ire dies
Vidi ego pampineis oneratam vitibus vlmum
  Quę fuerat ſęuo fulmine tacta iouis
    ¶ Nil ꝓdeſt: qđ non ledere poſſit idem
Igne quid vtilius: ſiquis tamen vrere tecta
  Comparat: audaces inſtruit igne manus
Eripit interdum. modo dat medicina ſalutem
  Quęqꝫ iuuet monſtrat: quęqꝫ ſit herba nocens
Et latro ⁊ cautus precingitur enſe viator
  Ille ſed inſidias: hic ſibi fortem opem
Diſcitur innocuas vt agat facundia cauſas
  Protegit hęc ſontes immeritoſqꝫ premit
    ¶ Idoneus ad ꝑua non tentet maiora
Non ideo debet pelago ſe credere: ſiqua
  Audeat exiguo currere cymba lacu
    ¶ Magnoꝝ viroꝝ ꝯſuetudo fugienda eſt
Vſibus edocto ſi quicqꝫ credis amico
  Viue tibi ⁊ longe nomina magna fuge
Viue tibi quantum potes pręluſtria vita
  Sęuum preluſtri fulmen ab arce venit
Nam quanquam ſoli poſſunt prodeſſe potentes
  Non proſunt. potius plurimum obeſſe ſolent
Effugit hybernas demiſſa antenna procellas
  Lataqꝫ plus paruis vela timoris habent
Aſpicis ⁊ ſumma cortex leuis innatat vnda
  Cum graue nexa ſimul retia mergat onus
    ¶ Fuge nimis alta
Qui cadit in plano vix hoc tamen euenit ipſum
  Sic cadit: ut tacta ſurgere poſſit humo
At miſer Elpenor tecto delapſus ab alto
  Occurrit regi flebilis vmbra ſuo
Quid fuit: vt tutas agitaret dedalus ales
  Icarus immenſas nomine ſignat aquas
Nempe ꝙ hic alte: demiſſius ille volabat
  Nam pennas ambo non habuere ſuas
Crede mihi bene qui latuit. bene vixit: ⁊ intra
  Fortunam debet quiſqꝫ manere ſuam
    ¶ In eandem ſententiam
Tu quoqꝫ formida nimium ſublimia ſemper
  Propoſitiqꝫ precor contrahe vela tui
    ¶ In eandem ſententiam
Viue ſine inuidia: molleſqꝫ inglorius annos
  Exige: amicicias ⁊ tibi iunge pares
    ¶ Principes ſunt ruſticis clementiores
Quo quiſqꝫ eſt maior: magis eſt placabilis irę
  Et faciles motus mens generoſa capit
Corpora magnanimo ſatis eſt proſtraſſe leoni
  Pugna ſuum finem cum iacet hoſtis habet
At lupus ⁊ turpes inſtant morientibus vrſi
  Et quęcunqꝫ minor nobilitate fera eſt
Maius apud troiam forti quid habemus achille
  Dardanij lachrymas non tulit ille ſęnis
Quę ducis emathij fuerit clementia: pharos
  Preclaręqꝫ docent funeris exequię
    ¶ Preter animi bona oīa ſubiacent fortunę
Nempe dat ⁊ quodcunqꝫ libet fortuna rapitqꝫ
  Irus ⁊ eſt ſubito qui modo Cręſus erat
Singula quid referam. nil non mortale tenemus
  Pectoris exceptis ingenijqꝫ bonis
    ¶ De atrocitate militum
Que nequeunt ſecum ferre aut abducere: perdunt

Et cremat inſontes hoſtica turba caſas

¶ Res lapſe facile premuntur

In cauſa facili cuiuis licet eſſe diſerto
Et minimę vires frangere quaſſa valent
Subruere eſt arces ⁊ ſtantia męnia virtus
Quilibet ignaui precipitata premunt

¶ Eſto memor humanę ſortis

Humanęq; memor ſortis quę tollit eoſdem
Et premit: incertas ipſe verere vices

¶ Cantus fallit laborem

Feſſus vt incubuit baculo ſaxoq; reſedit
Paſtor arundineo carmine mulcet oues
Cantantis pariter: pariter data penſa trahentis
Fallitur ancillę decipiturq; labor

¶ Miſeꝝ eſt ſp̄ timere hoſtiū inſultatōes.

Quam miſerum porta vitam muroq; tueri
Vixq; ſui tutum viribus eſſe loci

¶ Virtus verſatur circa difficilia

Ardua per pręceps gloria vadit iter
Hectora quis noſſet felix ſi troia fuiſſet
Publica virtutis per mala facta via eſt
Ars tua Typhi iacet: ſi non ſit in ęquore fluctus
Si valeant homines: ars tua phębe iacet
Quę latet: inq; bonis ceſſat non cognita rebus
Apparet virtus: arguiturq; malis

¶ De vi temporis

Tempore ruricolę patiens fit taurus aratri
Prębet ⁊ incuruo colla premenda iugo
Tempore paret equus lentis animoſus habenis
Et placido duros accipit ore lupos
Tempore poenorum compeſcitur ira leonum



Nec feritas animo: que fuit ante manet
Queq; ſui iuſſis obtemperat inda magiſtri
Belua: ſeruitium tempore victa ſubit
Tempus et extentis tumeat facit vua racemis
Vixq; merum capiant grana: quod intus habent
Tempus et in canas ſemen producit ariſtas
Et ne ſint triſti poma ſapore facit:
Hoc dentem tenuat terram renouantis aratri
Hoc rigidos ſilices: hoc adamante terit
Hoc etiam ſęuas paulatim mitigat iras
Hoc minuit luctus męſtaq; corda leuat

¶ Noua ſunt veterib⁹ ⁊ detritis meliora

Fortior in fulua nouus eſt luctator arena
Quam cui ſunt tarda brachia feſſa mora.
Integer et melior nitidis gladiator in armis
Quam cui tela ſuo ſanguine tincta rubent
Fert bene precipites nauis modo facta procellas
Quamlibet exiguo ſoluitur imbre vetus

¶ In ſenectute ceſſandum eſt a laboribus

In caua ducuntur quaſſe noualia puppes
Ne temere in mediis diſſoluantur aquis
Ne cadat ⁊ multas palmas inboneſtet adeptas
Languidus in pratis gramina carpit equus
Miles vt emeritus non eſt ſatis vtilis armis
Ponit ad antiquos quę colit arma lares

¶ Omnia ſunt deo ſubiecta:

Nil aliud validum eſt adamas licet alliget illud
Vt maneat rapido firmius igne iouis
Nil ita ſublime eſt ſupraq; pericula tendit
Non ſit vt inferius ſuppoſitumq; deo

¶ Virtus exercita laudabilis eſt

Scilicet aduerſis probitas exercita rebus
Triſti materiam tempore laudis habet
Si nihil infeſti durus vidiſſet vliſſes
Penelope felix: ſed ſine laude foret

**De fortune inſtabilitate**

Vilia qui quondam miſeris alimenta negarat,
Nunc mendicato paſcitur ille cibo
Paſſibus ambiguis fortuna volubilis errat
Et manet in nullo certa tenaxqꝫ loco
Sed modo leta manet: vultus modo ſumit acerbos
Et tantum conſtans in leuitate ſua eſt
Nos quoqꝫ floruimus: ſed flos fuit ille caducus
Flammaqꝫ de ſtypula noſtra breuiſqꝫ fuit

**In anno plures ſunt dies sereni quam nubili**

Si numeres anno ſoles ⁊ nubila toto
Inuenies nitidum ſepius eſſe diem

**De intercepti ſtudij iactura**

Adde quod ingenium longa rubigine leſum
Torpet ⁊ eſt multo quam fuit ante minus
Fertilis aſſiduo ſi non renouetur aratro
Nil niſi cum ſpinis gramen habebit ager
Tempore qui longo ſteterit: male currit. et inter
Carceribus miſſos vltimus ibit equus
Vertitur in teneram cariem. rimiſqꝫ dehiſcit
Si qua diu ſolitis cymba vocauit aquis

**Laus excitat ingenium**

Deniqꝫ non paruas animo dat gloria vires
Et facunda facit pectora laudis amor

**De fortunę potentia**

Raro quidem eſt virtus. quā non fortuna gubernat
Quę maneat ſtabili cum fugit illa pede

Siehe Bd. 740 im Beiband: loci communes ..a Joh. Murmelio collecti Lips. 1721, ein neuerer Abdruck, wonach pag. 46 Zeile 7 bis Seite 55, in diesem Abdruck also etwa 4 Blätter, fehlen.

Scilicet ad uerſis probitas exercita rebus
Triſti materiam tempore laudis habet
Si nihil infeſti durus vidiſſet vliſſes
Penelope felix: ſed ſine laude foret

¶ De fortune inſtabilitate

Vilia qui quondam miſeris alimenta negarat
Nunc mendicato paſcitur ille cibo
Paſſibus ambiguis fortuna volubilis errat
Et manet in nullo certa tenaxq; loco
Sed modo leta manet: vultus modo ſumit acerbos
Et tantum conſtans in leuitate ſua eſt
Nos quoq; floruimus: ſed flos fuit ille caducus
Flammaq; de ſtipula noſtra breuiſq; fuit

¶ In anno plures ſunt dies ſereni quã nubili

Si numeres anno ſoles τ nubila toto
Inuenies nitidum ſepius eſſe diem

¶ De intercepti ſtudij iactura

Adde quod ingenium longa rubigine leſum
Torpet τ eſt multo quam fuit ante minus
Fertilis aſſiduo ſi non renouetur aratro
Nil niſi cum ſpinis gramen habebit ager
Tempore qui longo ſteterit: male curret τ inter
Carceribus miſſos vltimus ibis equus
Vertitur in teneram cariem rimiſq; dehiſcit
Si qua diu ſolitis cymba vacabat aquis

¶ Laus excitat ingenium

Deniq; non paruas animo dat gloria vires
Et facunda facit pectora laudis amor

¶ De fortune patientia

Rara quidem eſt virtus: quam non fortuna gubernat
Que maneat ſtabili cum fugit illa pede



Qui monet agentem laudat

Qui monet vt facias: quod iam facis ille monendo
Laudat τ hortatu comprobat acta ſuo

Non omnis morbus eſt ſanabilis

Non eſt in medico ſemper: releuetur vt eger
Interdum docta plus valet arte malum
Cernis vt emolli ſanguis pulmone reuiſus
Ad ſtygias certo limite ducat aquas
Afferat ipſe licet ſacras epidaurius herbas
Sanabit nulla vulnera cordis ope
Tollere nodoſam neſcit medicina podagram
Nec formidat is auxiliatur aquis

¶ Patrie amor omnia detinet

Non dubia eſt itachi prudentia ſed tamen optat
Fumum de patrijs poſſe videre focis
Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos
Ducit: τ immemores non ſinit eſſe ſui
Quid melius roma: ſcythico quid frigore peius
Huc tamen ex illa barbarus vrbe fugit
Cum bene ſint clauſe cauea pandione nate
Nititur in ſiluas queq; redire ſuas
Aſſuetos tauri ſaltus: aſſueta leones
Nec feritas illos impedit: antra petunt

¶ Aſſiduis laboribus res q̃tumlibet firma defatigatur

Cernis: vt in duris (et quid boue firmius) aruis
Fortia taurorum corpora frangat opus
Que nunq̃ vacuo ſolita eſt ceſſare nouali
Fructibus aſſiduis laſſa ſeneſcit humus
Occidet ad circi ſi quis certamina ſemper
Non intermiſſis curſibus ibit equus
Firma ſit illa licet. ſoluetur in equore nauis

Que nunqꝫ liquidis ſicca carebit aquis

¶ Interdum quieſcendum eſt

Ocia corpus alunt: animus quoqꝫ paſcitur illis
Immodicus contra carpit vtrumqꝫ labor

¶ Contra torporem

Cernis vt ignauum corrumpant ocia corpus
Ut capiant vitium: ni moueantur aque

Sua quemqꝫ ſtudia delectant

Scilicet eſt cupidus ſtudiorum quiſqꝫ ſuorum
Tempus ⁊ aſſueta ponere in arte iuuat
Saucius euitat pugnam gladiator: ⁊ idem
Immemor antiqui vulneris arma capit
Nil ſibi cum pelagi dicit fore naufragus vndis
Et ducit remos qua modo nauit aqua

¶ De ſpe

Hec dea cum fugerent ſceleratas numina terras
In dijs inuiſa ſola remanſit humo
Hec facit: vt viuat foſſor quoqꝫ compede vinctus
Liberaqꝫ a ferro crura futura putet
Hec facit: vt videat cum terras vndiqꝫ nullas
Naufragus in medijs brachia iactet aquis
Sepe aliquem ſolers medicorum cura reliquit
Nec ſpes huic vena deficiente cadit
Carcere dicuntur clauſi ſperare ſalutem
Atqꝫ aliquis pendens in cruce vota facit
Hec dea quam multos laqueo ſua colla ligantes:
Non eſt propoſita paſſa perire nece

¶ Magna ſpes eſt in clementia dei

Quamuis eſt igitur meritis indebita noſtris
Magna tamen ſpes eſt in bonitate dei

¶ Feſtis diebus gaudendum eſt.



Dij quoqꝫ vt a cunctis hilari pietate colantur
Triſticiam poni per ſua feſta iubent:

¶ Non eſt deſperandum

Confugit interdum templi violator ad aram
Nec petere offenſi numinis horret opem

¶ De falſi vulgi amicicia

Turpe quidem dictu: ſed ſi modo vera fatemur
Vulgus amicicias vtilitate probat
Cura quid expediat prior eſt: quam quid ſit honeſtum
Et cum fortuna ſtatqꝫ caditqꝫ fides
Nec facile inuenies multis in millibus vnum
Uirtutem precium qui putet eſſe ſui
Ipſe decor recti: facti ſi premia deſint
Non mouet: ⁊ gratis penitet eſſe probum
Nil niſi quod prodeſt charum eſt: en detrahe menti
Spem fructus auide: nemo petendus erit
At reditus iam quiſqꝫ ſuos amat: et ſibi quid ſit
Utile ſollicitis ſupputat articulis
Illud amicicie quondam venerabile nomen
Proſtat: ⁊ in queſtu pro meretrice ſedet

¶ Soli fortunati amantur

Diligitur nemo niſi cui fortuna ſecunda eſt
Que ſimul intonuit proxima queqꝫ fugat
En ego non paucis quondam munitus amicis
Dum flauit velis aura ſecunda meis.
Ut fera nimboſo tumuerunt equora vento
In medijs lacera naue relinquor aquis

¶ Similia ſimilibus fauent

Scilicet ingenijs aliqua eſt concordia iunctis
Et ſeruat ſtudij federa quiſqꝫ ſui
Ruſticus agricolam miles fera bella gerentem
Rectorem dubie nauita puppis amat

¶ Conſilium poſt facta eſt inutile

Cum poteram recto tranſire ceraunia velo
Ut fera vitarem ſaxa monendus eram
Nunc mihi naufragio quid prodeſt dicere facto
Qua mea debuerit currere cymba via

¶ Turpe eſt rebus aduerſis amicum deſerere

Turpe eſt in miſeris veteri tibi rebus amico
Auxilium nulla parte tuliſſe tuum
Turpe referre pedem: nec paſſu ſtare tenaci
Turpe laborantem deſeruiſſe ratem
Turpe ſequi caſum ⁊ fortune cedere amicum
Et niſi ſit felix eſſe negare ſuum

¶ Periculo expertus facile terretur

Tranquillas etiam naufragus horret aquas
Qui ſemel eſt leſus fallaci piſcis ab hamo
Omnibus vnca cibis era ſubeſſe puta
Sepe canem viſum longe fugit agna: lupumqꝫ
Credit ⁊ ipſa ſuam neſcia vitat opem
Membra reformidāt mollem quoqꝫ ſaucia tactum
Vanaqꝫ ſollicitis incitat vmbra metum

¶ In exaudiendis precibus optime ſpectatur potentia.

Conſpicitur numqꝫ meliora potentia cauſa
Quam quotiens vanas non ſinit eſſe preces

¶ Hoīem homini opem ferre decet

Conueniens homini eſt hoīem ſeruare voluptas
Et melius nulla queritur arte fauor
Quis non antiphaten leſtrigona deuouet. aut quis
Munifici mores improbat alcioni

¶ Studium facit humanum

Adde quod ingenuas didiciſſe fideliter artes
Emollit mores nec ſinit eſſe feros



¶ Adhortatio prodeſt:

Acer ⁊ ad palme per ſe curſurus honores
Si tamen horteris fortius ibit equus

¶ Deus non mox ſemper exaudit

Non ſemper ſacras reddunt oracula ſortes
Ipſaqꝫ non omni tempore fana patent

¶ Vicini pereuntibus etiam terrentur

Cum feriant vnum: nō vnū fulmina terrent
Iunctaqꝫ percuſſo turba pauere ſolet.
Cumqꝫ dedit paries venture ſigna ruine
Sollicito vacuus fit locus ille metu
Quis non e timidis egri contagia vitat
Vicinum metuens ne trahat inde malum

¶ Honeſte acta poſt mortem ſuperſunt

Corpora debentur meſtis exanguia buſtis
Effugiunt ſtructos nomen honoſqꝫ rogos.
Occidit ⁊ theſeus ⁊ qui comitauit oreſtem
Sed tamen in laudes viuit vterqꝫ ſuas

¶ Contra inuidiam:

Liuor iners vitium mores non exit in altos
Utqꝫ latens ima vipera ſerpit humo

¶ Non opus eſt bene habentibus medicus

Firma valent per ſe nullumqꝫ machaona querunt
Ad medicam dubius confugit eger opem.

¶ Nouitas oīm reꝝ gratiſſima eſt

Eſt quoqꝫ cunctarum nouitas gratiſſima rerum
Gratiaqꝫ officio quod mora tardat abeſt

Poſt mortem auctoris ſcripta magis placent.

Scripta placent a morte fere: quia ledere viuos
Liuor ⁊ iniuſto carpere dente ſolet

¶ Bona voluntas eſt laudanda

Ut deſint vires/ tamen eſt laudanda voluntas
Hac ego contentos auguror eſſe deos
Hec facit vt veniat pauper quoq; gratus ad aras
Et placeat ceſo non minus agna boue

¶ Res gratior eſt vbi oritur ⁊ abundat

Nam quamq; ſapor eſt ablata dulcis in vnda:
Gratius ex ipſo fonte bibuntur aque
Et magis adducto pomum decerpere ramo
Quam de celata/ ſumere lance iuuat

¶ De clementia dei

Crede mihi miſeris celeſtia numina parcunt
Nec ſemper leſos ⁊ ſine fine premunt

¶ Quod non eſt aſſuetum laborem recuſat

Ductus ab armento taurus detrectat aratrum
Subtrahit ⁊ duro colla nouella iugo
Quedam vulnera curando fiunt maiora
Curando fieri quedam maiora videmus
Vulnera que melius non tetigiſſe foret

¶ Cita mors preſtat

Mitius ille perit ſubita qui mergitur vnda
Quam ſua qui liquidis brachia laſſat aquis
Aliud eſt ſentire: aliud tollere morbum
Non eadem ratio eſt ſentire ⁊ demere morbos
Senſus ineſt cunctis: tollitur arte malum

¶ Corrigere opus maius eſt q̃ ſcribere

Scribentem iuuat ipſe fauor: minuitq; laborem
Cumq; ſuo creſcens pectore feruet opus
Corrigere at res eſt tanto magis ardua quanto
Magnus ariſtarcho maior homerus erat.

¶ Virtus laudata creſcit

Excitat auditor ſtudium laudatq; virtutem



Creſcit et immenſum gloria calcar habet

¶ De fragilitate rerum humanarum

Omnia ſunt hoīm tenui pendentia filo
Et ſubito caſu que valuere ruunt.

¶ In eandem ſententiam

Ludit in humanis diuina potentia rebus
Et certam preſens vix habet hora fidem

¶ Nihil eſt adeo miſeꝛ vt nō ex aliqua pte releuetur

Nulla dies adeo eſt auſtralibus humida nymbis
Non intermiſſis vt fluat imber aquis
Nec ſterilis locus vllus ita eſt vt non ſit in illo
Mixta fere duris vtilis herba rubis
Nil adeo fortuna grauis miſerabile fecit
Ut minuant nulla gaudia parte malum

¶ Qui tantum dat quantum poteſt ſatis gratus eſt

Sed quicq; potuit. dat maxime gratus abunde eſt
Et finem pietas contigit ille ſuum
Nec que dat parua pauper dijs libat acerra
Tura minus: grandi quam data lance iuuant

¶ De vi carminis

Carmina fit viuax virtus experſq; ſepulchri
Noticiam fere poſteritatis habet

¶ De vi temporis

Tabida conſumit ferrum lapidemq; vetuſtas
Nullaq; res maius tempore robur habet:

¶ De vi vſus

Gutta cauat lapidem: conſumitur anulus vſu
Et teritur preſſa vomer aduncus humo

¶ Facile eſt volenti alteꝛ amare

Sed preſtandus amor res non oneroſa volenti
Quis labor eſt puram non temeraſſe fidem

## Carmina.

¶ Certo tp̄e hoīes ſunt conſolandi

Temporis officium ſolatia dicere certi eſt
Dum dolor in curſu eſt dum petit eger opem
At cum longa dies ſedauit vulnera mentis
Intempeſtiue qui mouet illa: nouat

¶ Tā mala q̄ȝ bona ſunt inſignia ⁊ famoſa

Tam mala Therſiten prohibebat forma latere
Quam pulchra nireus conſpiciendus erat

¶ Omnibus moriendum eſt

Fata manent omnis. omnis expectat auarus
Portitor. ⁊ turbe vix ſatis vna ratis
Tendimus huc omnes: metam ꝓperamus ad vnam
Omnia ſub leges mors vocat atra ſuas

¶ Finis

R IV^e
94^e